



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Quid Differvnt Nasci & Procedere?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

eterna, & Spiritus sanctus procedens à Patre & filio, sicut patescit  
diuinitas, certo verbo, & testimonij diuinis, quod Pater eternus  
in Filio & Spiritu sancto condiderit & conseruet, cœlum & terram,  
omnes creaturas, & a sit omnibus creaturis, quo ad conseruationem,  
& colligat sibi in genere humano Ecclesiam propter filium, &  
terram, & sic iudex iustorum & iniustorum.

## Q V I D E S T P E R S O N A ?

P E R S O N A est subsistens viuum, individuum, intelligens, in-  
communicabile, non sustentatum ab alio. Græce ὑφίσθμενος. Essen-  
tia vero nominatur, quod reuera est, etiamque est communicatum. Et  
enatur discrimen inter οὐσίας & ὑφίσθμενάς. Sunt autem tres  
personæ diuinitatis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, ὅμοότιοι, non  
plures, nec pauciores, quia sic se diuinitas patescit.

## Q U O M O D O D I S C E R N V N T V R ?

P A T E R A E T E R N U S est prima persona diuinitatis, non na-  
tum, nec aliunde procedens, sed quæ ab eterno genuit filium, imaginem  
suum, & à qua procedit Spiritus sanctus, & quæ cum filio, & Spiritu  
sancto omnes alias res creavit, & earum substantias conseruat.

## Q V I D N O M I N A S C R E A R E ?

C R E A R E est ex nihilo aliud facere, sicut Deus cœlum & ter-  
ram, Angelos, & totam hanc mundi machinam dicendo fecit ex nihilo,  
non ex aliqua præcedente æterna materia, ut multi Philosophi co-  
ntinuerunt. G I G N E R E est aliud de sua essentia gignere.

F I L I U S A E T E R N U S est secunda persona diuinitatis, quæ  
substantialis & integra imago æterni Patris, quam Pater sese intu-  
to & considerans ab eterno gignit, quæ nobis quidem sic manifesta-  
tur, quod sit persona per quam Pater dicit decretum, & totum ordinem  
creationis & reparacionis hominum, & mititur ut patescat  
Evangelium, & assumat humanam naturam, & sit mediator, redem-  
tor, iustificator, & salvator.

S P I R I T U S S A N C T U S est tertia persona diuinitatis, pro-  
cedens à Patre & filio, & est substantialis amor & lætitia coæterna,  
inter Patrem & Filium. Et nobis sic manifestata est, quod mittatur in  
tota credentium, ut tales morus, amorem & lætitiam acquiescentem  
in Deo in eis accendat, qualis est ipse, sicut 2. Tim. 1. exprefse scri-  
pturn est: Non dedit nobis Spiritum timiditatis, sed roboris, dilectionis  
Dei, & castificationis.

## Q V I D D I F F E R V N T N A S C I

& Procedere?

N A S C I est à potentia cognoscente. Quia genitum est imago  
y s signen-

gimentis. Ut autem in hominibus potentia cognoscens formam im-  
gines, & loquitur: sic filius est aeterni Patris imago, cogitans ge-  
nita, & est Λόγος ostendens eum in reuelatione Euangelij. Protle-  
te autem est a voluntate, quia Spiritus sanctus est motor seu agens.

## QVARE FILIUS NOMINA TUR Λόγος!

No n solum quia cogitatione nascitur, sed etiam quia ei res-  
ponsa proferebant Euangelium ex sinu aeterni Patris, & conseruante  
nosterum Euangelij, & est efficax in his qui credunt Euangelio, & re-  
ce Euangelij dicens consolationem in cordibus eorum, & ruricant  
eos, sicut inquit: Ego vitam aeternam do eis, & ostendens Pater, &  
effundens Spiritum sanctum in corda eorum. Etsi enim fit misericordia  
per omnes personas, tamen hoc ordine fit: Filius qui colligat Eccle-  
siam, immediate voce Euangelij movere corda, & monstrat Pater, &  
dat Spiritum sanctum. Ideo dicit Athanasius: Quandocunq; dicitur  
in homine esse Spiritus sanctus, est ibi per VERBUM. Confiden-  
dum est igitur, Filium dici Λόγος, & respectu Patris, & respectu  
fili, quia est Λόγος, per quem Pater se nobis patefacit. Ideo in lo-  
hanne dicitur: Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit nobis. Et  
Dominus ipse respondet interrogantibus, quis sit, τίλιος ἐστιν  
ἡ λαλῶν ὑμῖν, id est, ego sum verbum, quod loquor vobis ratio,  
sum illa persona, initio loquens vobiscum, proferens Euangelium ex  
sinu aeterni Patris. Item: Nemo nouit filium, nisi Pater, & nouo-  
nit Patrem, nisi Filius, & cui Filius voleret reuelare.

## DE VOCABULO SPIRITVS.

VOCABULUM Spiritus significat agitationem seu agi-  
tatem, Nam & Spiritus sanctus est persona sic nobis patefacta, quod fa-  
velut flamma, immediate tales motus accendens in corde, quas iste  
est. Sicut Rom. 14. dicitur: Regnum Dei est iusticia & pix, & ga-  
dium per Spiritum sanctum. Et ad Timoth. dicitur: Spiritus libe-  
ris, dilectionis, & castificationis. Ut autem haec vocabula aliquae  
melius intelligantur, intueamur imaginem Dei in homine, iaque-  
sunt tria haec praecipua: Mens seu substantia animae: deinde cogi-  
tatio, quae est imago rerum quae cogitantur: & verbum & cogitationes  
sequuntur in voluntate & corde motus seu agitationes, ut dicitur,  
Ignoti nulla cupido. Sed cogitationes & agitationes in hominibus  
sunt res euangelicae. At a Patre aeterno est filius, qui est substantia  
lis imago, nata cogitatione, & est ιψις ομένος, id est, quiddam for-  
matus, non est quiddam fugax. Cum cogitatione est & agitatione &  
ratio, quae etiam est ιψις ομένη.

Q. 71